

聖週三

一等 紫

彌撒：耶穌的時辰業已來臨。撒殫以煽動耶穌敵人的毒恨反對祂，不知不覺的促成了祂王國的傾覆。至於耶穌擔荷着普世的罪愆，服從天主嚴厲的裁判（古經），獻給天主由先知所報導的完美祭獻（書信），並以祂寶血的無恨功勞、救贖眾多的罪人。這些罪人從此脫救於撒殫的霸權，並與基督共同復活而得天主子女的神生（聖洗）；這便是今天彌撒所慶祝的奧蹟。領聖體提供我們的效能，便是使罪惡在我們的心中死亡，而又使我們以孝愛及順命的精神、偕同基督度着新的生活，即天主聖子固有的永生（進臺詠、領後經）。

斐 2 : 10 , 8 , 11 ; 詠 101 : 2

In nómine Iesu omne genu flectátur, coeléstium, terréstrium et infernórum: quia Dóminus factus est obædiens usque ad mortem, mortem autem crucis: ideo Dóminus Iesus Christus in glória est Dei Patris. Dómine, exáudi oratióem meam: et clamor meus ad te véniat.

Kýrie, eléison.

Orémus.

Ū. Flectámus génua.

F. Leváte.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui nostris excéssibus incessánte affligimur, per unigéniti Fílii tui passióem liberémur: Qui tecum vivit.

依 62 : 11 ; 63 : 1 – 7

Hæc dicit Dóminus Deus: Dícite filiæ Sion: Ecce Salvátor tuus venit: ecce, merces eius cum eo. Quis est iste, qui

進臺詠

致使上天、地上和地下的一切，一聽到耶穌的名字，無不屈膝叩拜；祂貶抑自己，聽命至死，且死在十字架上。一切唇舌無不明認耶穌基督是主，以光榮天主聖父。上主，求祢允我的祈求，願我的呼聲上達於祢！

念：上主，求祢矜憐！

司祭站在祭臺書信邊說：
請眾同禱。我們跪下吧！

然後司祭念集禱經。

集禱經

全能永生的天主，我們由於自身的罪惡而常受着困苦，求祢開恩，使我們仰賴祢唯一聖子的苦難、獲得解救。祂和祢……。

讀經

上主向大地四極宣佈說：「你們應向熙雍女子說：看！你的救主

venit de Edom, tinctis véslibus de Bosra? Iste formósus in stola sua, grádiens in multitudíne fortitúdinis suæ. Ego, qui loquor iustítiam, et propugnátor sum ad salvándum. Quare ergo rubrum est induméntum tuum, et vestiménta tua sicut calcántium in torculári? Tórcular calcávi solus, et de géntibus non est vir mecum: calcávi eos in furóre meo, et conculcávi eos in ira mea: et aspérus est sanguis eórum super vestiménta mea, et ómnia induménta mea inquinávi. Dies enim ultiónis in corde meo, annus redemptionis meæ venit. Circumspéxi, et non erat auxiliátor: quæsívi, et non fuit, qui adiuváret: et salvávit mihi bráchium meum, et indignátio mea ipsa auxiliáta est mihi. Et conculcávi pópulos in furóre meo, et inebriávi eos in indignatióne mea, et detráxi in terram virtútem eórum. Miseratiónum Dómini recordábor, laudem Dómini super ómnibus, quæ réddidit nobis Dóminus, Deus noster.

詠 68 : 18 , 2 – 3

Ne avértas fáciem tuam a púero tuo, quóniam tríbulor: velóciter exáudi me. Salvum me fac, Deus, quóniam intravérunt aquæ usque ad ánimam meam: infixus sum in limo profúndi, et non est substántia.

Ū. D ó m i n u s v o b í s c u m .
F. Et cum spíritu tuo.

來了！看！祂的勝利品與他同在，祂獲得的酬勞在他面前。那由厄東而來，身穿染紅了的衣服，那由波責辣而來，衣著華麗，力量強大，闊步前進的是誰啊？是宣佈正義，具有拯救大能的我。你的服裝怎麼成了紅色，你的衣服好似一個踏酒醉的呢？因為唯獨我一人踐踏了酒醉，我的人民中沒有一個與我在一起。我在怒氣中踐踏了他們，我在怒火中蹂躪了他們，因此他們的血液濺到我的衣服上，我的服裝就完全染污了。因為復仇的日子已在我心中，我施救的歲月已經來到。我四下觀看，但沒有人輔助；我驚愕四顧，但沒有人支持；因此惟有用我的手臂自行拯救，以我的怒氣來支持自己。我在怒氣中踐踏了民眾，我在怒火中粉碎了他們，使他們的鮮血流到地下。」我要依照上主以他的大慈大悲賜與我們的一切，和對以色列家所賜的宏福，稱頌上主的慈惠和上主可讚頌的作為。

臺階詠一

主，求你不要向你的僕人隱藏你的慈顏，因為我正處在困厄中，求你從速垂憐。天主，求你從速拯救我；因大水已到我的頸脖。我陷於泥濘中，沒有立足的處所；我沉入深水中，波濤已掩蓋了我。

此時司祭回到臺中，向教眾致候說：願主與你們同在。

眾：也與你的心靈同在。

集禱經二

Deus, qui pro nobis Fílium tuum Crucis patíbulum subire voluísti, ut inimíci a nobis expélleres potestatem: concéde nobis fámulis tuis; ut resurrectionis grátiam consequámur. Per eúndem Dóminum.

依 53 : 1 – 12

In diébus illis: Dixit Isaías: Dómine, quis crédidit audítui nostro? et bráchium Dómini cui revelátum est? Et ascéndet sicut virgúltum coram eo, et sicut radix de terra sitiénti: non est spécies ei neque decor: et vídimus eum, et non erat aspéctus, et desiderávimus eum: despéctum et novíssimum virórum, virum dolórum, et sciéntem infirmitátem: et quasi absconditus vultus eius et despéctus, unde nec reputávimus eum. Vere languóres nostros ipse tulit, et dolóres nostros ipse portávit: et nos putávimus eum quasi leprósum, et percússum a Deo, et humiliátum. Ipse autem vulnerátus est propter iniquitátes nostras, attrítus est propter scélera nostra: disciplína pacis nostræ super eum, et livóre eius sanáti sumus. Omnes nos quasi oves errávimus, unusquisque in viam suam declinávit: et pósuit Dóminus in eo iniquitátem ómnium nostrum. Oblátus est, quia ipse vóluit, et non apéruit os suum: sicut ovis ad occisiónem ducétur, et quasi agnus coram tondénte se obmutéscet, et non apériet os suum. De angústia et de iudício sublátus est: generatióem eius quis enarrábit? quia abscessus est de terra vivéntium: propter scelus pópuli mei percússi eum. Et dabit

天主，祢既願祢的聖子替我們受十字架的苦辱，以祛除仇敵在我們身上的惡勢力，求祢恩賜我們——祢的僕役們——能得到復活的恩寵。因我們主……。

書信

那日、依撒意亞說：「有誰會相信我們的報道呢？上主的手臂又向誰顯示了呢？他在上主前生長如嫩芽，又像出自旱地中的根苗；祂沒有俊美，也沒有華麗，可使我們瞻仰；祂沒有儀容，可使我們戀慕。祂受盡了侮辱，被人遺棄；祂真是個苦人，熟悉病苦；祂好像一個人們掩面不顧的人；祂受盡了侮辱，因而我們都以祂不算什麼。然而祂所背負的，是我們的疾苦；擔負的，是我們的疼痛；我們還以為祂受了懲罰，為天主所擊傷，和受貶抑的人。可是祂被刺透，是因了我們的悖逆；祂被打傷，是因了我們的罪惡，因祂受了懲罰，我們便得了安全；因祂受了創傷，我們便得了痊癒。我們都像羊一樣迷了路，各走各自的路；上主卻把我們眾人的罪過歸到祂身上。祂受虐待，仍然謙遜忍受，總不開口，如同被牽去待宰的羔羊；又像母羊在剪毛的人前不出聲，祂也同樣不開口。祂受了不義的審判而被除掉，有誰懷念祂的命運？其實祂從活人的地上被剪除，受難至死，是為了我人民的罪過。雖然祂從

ímpios pro sepultúra, et dívitem pro morte sua: eo quod iniquitátem non fécerit, neque dolus fúerit in ore eius. Et Dóminus vóluit contérere eum in infirmitáte: si posúerit pro peccáto ánimam suam, vidébit semen longævum, et volúntas Dómini in manu eius dirigátur. Pro eo, quod laborávit ánimam eius, vidébit, et saturábitur: in sciéntia sua iustificábit ipse iustus servus meus multos, et iniquitátes eórum ipse portábit. Ideo dispértiam ei plúrimos: et fórtium dívidet spólia, pro eo, quod trádedit in mortem ánimam suam, et cum scelerátis reputátus est: et ipse peccáta multórum tulit, et pro transgressóribus rogávit.

詠 101 : 2 – 5 , 14

Dómine, exáudi oratiónem meam, et clamor meus ad te véniat. Ne avértas fáciem tuam a me: in quacúmque die tríbulor, inclína ad me aurem tuam. In quacúmque die invocávero te, velóciter exáudi me. Quia defecérunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut in frixório confríxa sunt. Percússus sum sicut fænum, et áruit cor meum: quia oblítus sum manducáre panem meum. Tu exsúrgens, Dómine, miseréberis Sion: quia venit tempus miseréndi eius.

路 22 : 39 – 71 ; 23 : 1 – 53

Et egressus ibat secundum consuetudinem in monte Olivarum. Secuti sunt autem illum et discipuli. Et cum pervenisset ad locum, dixit illis : Orate ne intretis in tentationem. Et ipse avulsus est ab eis quantum

未行過強暴，祂口中也從未出過謊言，人們仍把祂與歹徒同埋，使祂同作惡的人同葬。上主的旨意是要用苦難折磨祂，當祂犧牲了自己的性命，作了贖過祭時，祂要看見祂的後輩延年益壽，上主的旨意也藉祂的手得以實現。在祂受盡了痛苦之後，祂要看見光明，並因自己的經歷而滿足；我正義的僕人要使多人成義，因為祂承擔了他們的罪過。為此，我把大眾賜與祂作報酬，祂獲得了無數的人作為獵物；因為祂為了承擔大眾的罪過，作罪犯的中保，犧牲了自己的性命，至於死亡，被列於罪犯之中。」

連唱詠

上主，求祢允我的祈求，願我的呼聲上達於祢！在我蒙難的時日，求祢不要掩面迴避我，我呼號祢時，求祢側耳聽我，迅速俯允我。因為我的日月消散如雲煙，我的骨骸枯焦如火煎。我的心憔悴得像枯草一般，因此我也忘記了吃我的飯。主啊！求祢起來，願祢寬赦熙雍，因憐憫她的時日已來臨。

受難始末

那時候、耶穌出來，照常往橄欖山去，門徒也跟祂去了。到了那地方，耶穌便給他們說：「你們應當祈禱，免得陷於誘惑。」遂離開他們，約有投石那麼遠，屈

jactus est lapidis : et positis genibus orabat, dicens : Pater, si vis, transfer calicem istum a me : verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat. Apparuit autem illi angelus de caelo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor ejus sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. Et cum surrexisset ab oratione et venisset ad discipulos suos, invenit eos dormientes prae tristitia. Et ait illis : Quid dormitis? surgite, orate, ne intretis in tentationem. Adhuc eo loquente, ecce turba : et qui vocabatur Judas, unus de duodecim, antecedebat eos, et appropinquavit Jesu ut oscularetur eum. Jesus autem dixit illi : Juda, osculo Filium hominis tradis? Videntes autem hi qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei : Domine, si percutimus in gladio? Et percussit unus ex illis servum principis sacerdotum, et amputavit auriculam ejus dexteram. Respondens autem Jesus, ait : Sinite usque huc. Et cum tetigisset auriculam ejus, sanavit eum. Dixit autem Jesus ad eos qui venerant ad se principes sacerdotum, et magistratus templi, et seniores : Quasi ad latronem existis cum gladiis et fustibus? Cum quotidie vobiscum fuero in templo, non extendistis manus in me : sed haec est hora vestra, et potestas tenebrarum. Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis sacerdotum : Petrus vero sequebatur a longe. Accenso autem igne in medio atrii et circumsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. Quem cum vidisset ancilla quaedam

膝祈禱，說：「父啊！祂如果願意，請給我免去這杯罷！但不要隨我的意願，惟照祂的意願成就罷！」有一位天使，從天上顯現給祂，加強祂的力量。祂在極度恐慌中，祈禱越發懇切；祂的汗如同血珠滴在地上。祂從祈禱中起來，到門徒那裡，看見他們都因憂悶睡著了，就給他們說：「你們怎麼睡覺呢？起來祈禱罷！免得陷於誘惑。」耶穌還說話的時候，來了一群人，那十二人之一，名叫猶達斯的，走在他們前面；他走近了耶穌，要口親祂。耶穌給祂說：「猶達斯，你用口親來負責人子嗎？」耶穌左右的人一見要發生的事，就說：「主，我們可以用劍砍嗎？」他們中有一個人砍了大司祭的僕人，把他的右耳削了下來。耶穌說道：「至此為止！」就摸了摸那人的耳朵，治好了他。耶穌對那些來到祂跟前的司祭長，和聖殿警官並長老說：「你們拿著刀劍棍棒出來，好像對付強盜嗎？我天天同你們在聖殿裡的時候，你們沒有下手拿我；但現在是你們的時候，是黑暗的權勢！」他們既拿住耶穌，就帶著解到大司祭的住宅。伯多祿遠遠地跟著。他們在庭院中間生了火，一起環坐，伯多祿也坐在他們中間。有一個使女看見他面對火光坐著，便定睛注視他說：「這個人也是同祂一起的。」伯多祿否認說：「女人，我不認識祂。」過了不久，另一

sedentem ad lumen, et eum fuisset intuita, dixit : Et hic cum illo erat. At ille negavit eum, dicens : Mulier, non novi illum. Et post pusillum alius videns eum, dixit : Et tu de illis es. Petrus vero ait : O homo, non sum. Et intervallo facto quasi horae unius, alius quidam affirmabat, dicens : Vere et hic cum illo erat : nam et Galilaeus est. Et ait Petrus : Homo, nescio quid dicis. Et continuo, adhuc illo loquente, cantavit gallus. Et conversus Dominus respexit Petrum, et recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat : Quia priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus flevit amare. Et viri qui tenebant illum, illudebant ei, caedentes. Et velaverunt eum, et percutiebant faciem ejus : et interrogabant eum, dicentes : Prophetiza, quis est, qui te percussit? Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et ut factus est dies, convenerunt seniores plebis, et principes sacerdotum, et scribae, et duxerunt illum in concilium suum, dicentes : Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis : Si vobis dixerero, non credetis mihi : si autem et interrogavero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit Filius hominis sedens a dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes : Tu ergo es Filius Dei? Qui ait : Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt : Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audivimus de ore ejus. Et surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum. Coeperunt autem illum accusare, dicentes : Hunc invenimus

個人看見他說：「你也是他們中的。」伯多祿說：「你這個人！我不是。」約隔一個時辰，又有一個人肯定說：「這個人，確是同祂一起的，因為他是加里肋亞人。」伯多祿說：「你這個人！我不懂你說的。」他還說話的時候，雞便叫了。主轉過身來，看了看伯多祿；伯多祿就想起主對他說的話來：「今天雞叫以前，你要三次不認我。」伯多祿一到外面，就悽慘地哭起來。那些羈押耶穌的人戲弄他、打他；又蒙起他來，問他說：「祂猜一猜：是誰打祂？」他們還說了許多別的侮辱他的話。天一亮，民間長老及司祭長並經師集合起來，把耶穌帶到他們的公議會裡，說：「如果祂是默西亞，就告訴我們罷！」耶穌回答他們說：「即便我告訴你們，你們也不會相信。如果我問，你們也決不回答。從今以後，人子要坐在大能者天主的右邊。」眾人於是說：「那麼，祂就是天主子了？」耶穌對他們說：「你們說了，我就是。」他們說：「我們何必還需要見證呢？我們親自從祂的口中聽見了。」於是，他們全體起來，把耶穌押送到比拉多面前，開始控告他說：「我們查得這個人煽惑我們的民族，阻止給凱撒納稅，且自稱為默西亞君王。」比拉多遂問耶穌說：「祂是猶太人的君王嗎？」耶穌回答說：「你說的是。」比拉多對司祭長及群眾說：「我在

subvertentem gentem nostram, et prohibentem tributa dare Caesari, et dicentem se Christum regem esse. Pilatus autem interrogavit eum, dicens : Tu es rex Judaeorum? At ille respondens ait : Tu dicis. Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum et turbas : Nihil invenio causae in hoc homine. At illi invalescebant, dicentes : Commovet populum docens per universam Judaeam, incipiens a Galilaea usque huc. Pilatus autem audiens Galilaeam, interrogavit si homo Galilaeus esset. Et ut cognovit quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui et ipse Jerosolymis erat illis diebus. Herodes autem viso Jesu, gavisus est valde. Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quod audierat multa de eo, et sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. Stabant autem principes sacerdotum et scribae constanter accusantes eum. Sprevit autem illum Herodes cum exercitu suo : et illusit indutum veste alba, et remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes et Pilatus in ipsa die : nam antea inimici erant ad invicem. Pilatus autem, convocatis principibus sacerdotum, et magistratibus, et plebe, dixit ad illos : Obtulistis mihi hunc hominem, quasi avertentem populum, et ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam inveni in homine isto ex his in quibus eum accusatis. Sed neque Herodes : nam remisi vos ad illum, et ecce nihil dignum morte actum est ei.

這人身上查不出什麼罪狀來。」他們越發堅持說：「他在猶太全境，從加里肋亞起，直到這裡施教，煽動民眾。」比拉多聽了，就問耶穌是不是加里肋亞人。既知道他屬黑落德統治，就把他轉送到黑落德那裡。這幾天，黑落德也在耶路撒冷。黑落德見了耶穌，不勝欣喜，原來他早就願意看看耶穌，因為他曾聽說過有關於耶穌的事，也指望祂顯個奇蹟。於是，問了耶穌許多事，但耶穌什麼都不回答。司祭長及經師們站在那裡，極力控告祂。黑落德及自己的侍衛鄙視祂，戲笑祂，並給祂穿上華麗的長袍，把祂解回比拉多那裡。黑落德與比拉多就在那一天彼此成了朋友，因為他們原先彼此有仇。比拉多召集司祭長、官吏及人民來，對他們說：「你們給我送這個人來，好像是一個煽惑民眾的人。看，我在你們面前審問了祂，而你們告祂的罪狀，我在這人身上並查不出一條來；而且，黑落德也沒有查出，因而又把祂解回到我們這裡來，足見祂沒有做過應死的事。所以，我懲治祂以後，便釋放祂。」每逢節日他必須照例給他們釋放一個囚犯。他們卻齊聲喊叫說：「除掉這個人，給我們釋放巴辣巴！」巴辣巴原是為了在城中作亂殺人而下獄的。比拉多又向他們聲明，願意釋放耶穌。他們卻不斷地喊叫說：「釘在十字架上，釘祂在十字架上！」比

Emendatum ergo illum dimittam. Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum unum. Exclamavit autem simul universa turba, dicens : Tolle hunc, et dimitte nobis Barabbam : qui erat propter seditionem quamdam factam in civitate et homicidium missus in carcerem. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Jesum. At illi succlamabant, dicentes : Crucifige, crucifige eum. Ille autem tertio dixit ad illos : Quid enim mali fecit iste? nullam causam mortis invenio in eo : corripiam ergo illum et dimittam. At illi instabant vocibus magnis postulantes ut crucifigeretur : et invalescebant voces eorum. Et Pilatus adjudicavit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum qui propter homicidium et seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant : Jesum vero tradidit voluntati eorum. Et cum ducerent eum, apprehenderunt Simonem quemdam Cyrenensem venientem de villa : et imposuerunt illi crucem portare post Jesum. Sequebatur autem illum multa turba populi et mulierum, quae plangebant et lamentabantur eum. Conversus autem ad illas Jesus, dixit : Filiae Jerusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete et super filios vestros. Quoniam ecce venient dies in quibus dicent : Beatae steriles, et ventres qui non genuerunt, et ubera quae non lactaverunt. Tunc incipient dicere montibus : Cadite super nos; et collibus : Operite nos. Quia si in viridi ligno haec faciunt, in arido quid fiet? Ducebantur autem et alii

拉多第三次對他們說：「這人到底作了什麼惡事！我在祂身上查不出什麼應死的罪狀來。所以我懲治祂以後，便釋放祂。」但是，他們仍厲聲逼迫，要求釘祂在十字架上。他們的喊聲，越來越厲害。比拉多遂宣判：照他們所請求的執行，便釋放了他們所要求的那個因作亂殺人而下獄的犯人；至於耶穌，卻交出來，讓他們隨意處理。他們把耶穌帶走的時候，就抓住一個從田間來的基勒乃人西滿，把十字架放在他肩上，叫他在耶穌後面背著。有許多人民及婦女跟隨著耶穌，婦女搥胸痛哭祂。耶穌轉身向她們說：「耶路撒冷女子！你們不要哭我，但應哭你們自己及你們的子女，因為日子將到，那時，人要說：那荒胎的，那沒有生產過的胎，和沒有哺養過的乳，是有福的。那時，人要始對高山說：倒在我們身上罷！對丘陵說：蓋起我們來罷！如果對於青綠的樹木，他們還這樣做，對於枯槁的樹木，又將怎樣呢？」另有兩個凶犯，也被帶去，同耶穌一同受死。他們既到了那名叫髑髏的地方，就在那裡把耶穌釘在十字架上；也釘了那兩個凶犯：一個在右邊，一個在左邊。耶穌說：「父啊！寬赦他們罷！因為他們不知道他們做的是什麼。」他們拈鬮分了祂的衣服。民眾站著觀望。首領們嗤笑說：「別人，祂救了；如果這人是天主的受傳者，被選者，

duo nequam cum eo, ut interficerentur. Et postquam venerunt in locum qui vocatur Calvariae, ibi crucifixerunt eum : et latrones, unum a dextris, et alterum a sinistris. Jesus autem dicebat : Pater, dimitte illis : non enim sciunt quid faciunt. Dividentes vero vestimenta ejus, miserunt sortes. Et stabat populus spectans, et deridebant eum principes cum eis, dicentes : Alios salvos fecit, se salvum faciat, si hic est Christus Dei electus. Illudebant autem ei et milites accedentes, et acetum offerentes ei, et dicentes : Si tu es rex Judaeorum, salvum te fac. Erat autem et superscriptio scripta super eum litteris graecis, et latinis, et hebraicis : Hic est rex Judaeorum. Unus autem de his, qui pendebant, latronibus, blasphemabat eum, dicens : Si tu es Christus, salvum fac te ipsum et nos. Respondens autem alter increpabat eum, dicens : Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es. Et nos quidem juste, nam digna factis recipimus : hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad Jesum : Domine, memento mei cum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Jesus : Amen dico tibi : Hodie mecum eris in paradiso. Erat autem fere hora sexta, et tenebrae factae sunt in universam terram usque ad horam nonam. Et obscuratus est sol, et velum templi scissum est medium. Et clamans voce magna Jesus ait : Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et haec dicens, expiravit. Videns autem centurio quod factum fuerat, glorificavit Deum, dicens : Vere hic homo justus

就救祂自己罷！」兵士也戲弄祂，前來把醋給祂遞上去，說：「如果祂是猶太人的君王，就救祂自己罷！」在祂上頭還有一塊用希臘、拉丁及希伯來文字寫的罪狀牌：「這是猶太人的君王。」懸掛著的凶犯中，有一個侮辱耶穌說：「祂不是默西亞嗎？救救祂自己和我們罷！」另一個凶犯應聲責斥祂說：「祂既然受同樣的刑罰，連天主祂都不怕嗎？這對我們是理所當然的，因為我們所受的，正配我們所行的；但是，這個人從未做過什麼不正當的事。」隨後說：「耶穌，當祂來為王時，請祂紀念我！」耶穌給他說：「我實在告訴你：今天你就要與我一同在樂園裡。」這時，大約已是第六時辰，遍地都昏黑了，直到第九時辰。太陽失去了光，聖所的帳幔從中間裂開，耶穌大聲呼喊說：「父啊！我把我的靈魂交托在祂手中。」說完這話，便斷了氣。（此處跪下，默念片刻）百夫長看見所發生的事，遂光榮天主說：「這人，實在是一個義人。」所有同來看這景象的群眾，見了這些情形，都搥著胸膛，回去了。所有與耶穌相識的人，和那些由加里肋亞隨侍祂的婦女們，遠遠地站著，觀看這些事。有一個人名叫若瑟，是一個議員，又是一個善良公正的人。他原是猶太阿黎瑪特雅城人，一向期待天主的國；他沒有贊同其他人的計謀和作為。他去見比拉

erat. Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, et videbant quae fiebant, percutientes pectora sua revertebantur. Stabant autem omnes noti ejus a longe, et mulieres, quae secutae eum erant a Galilaea, haec videntes. Et ecce vir nomine Joseph, qui erat decurio, vir bonus et justus : hic non consenserat consilio, et actibus eorum, ab Arimathaea civitate Judaeae, qui exspectabat et ipse regnum Dei : hic accessit ad Pilatum et petiit corpus Jesu : et depositum involvit sindone, et posuit eum in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat.

詠 101 : 2 – 3

Dómine, exáudi oratiónem meam, et clamor meus ad te pervéniat: ne avértas fáciem tuam a me.

Súscipe, quáesumus, Dómine, munus oblátum, et dignánte operáre: ut, quod passiónis Fílii tui, Dómini nostri, mystério gérimus, piis afféctibus consequámur. Per eúndem Dóminum.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui salútem humáni géneris in ligno Crucis constituísti: ut, unde mors oriebátur, inde vita resúrgeret: et, qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur: per Christum, Dóminum

多，要求耶穌的遺體。他把遺體卸下，用殮布裹好，安葬在由巖石鑿成，而尚未葬過人的墓穴裡。

奉獻詠

上主，求祢允我的祈求，願我的呼聲上達於祢！求祢不要掩面迴避我。

密禱經

主，求祢收下我們所有呈奉的獻儀；我們即將在此聖祭中重演祢聖子、我們主的受難，請祢恩使我們能具有孝愛的心火來配合我們所舉行的。因我們主……。

十字架頌謝詞

主、至聖的父、全能永生的天主，我們時時處處頌謝你，實是正義而必須的，屬於我們天職的，也屬我們的得救。祢藉著我們主基督，將人類的獲救建成於十字架的聖木上：死亡既由木而發生，生命也須由木而恢復，為使憑那菓木而獲勝的（魔鬼），也由此

nostrum. Per quem maiestatem tuam
laudant Angeli, adorant
Dominiones, tremunt Potestates.
Caeli caelorumque Virtutes ac beata
Seraphim socia exultatione
concelebrant. Cum quibus et nostras
voces ut admitti iubeas, deprecamur,
supplici confessione dicentes:

詠 101 : 10 - 14

Potum meum cum fletu temperabam:
quia elevans allisisti me: et ego sicut
faenum arui: tu autem, Domine, in
aeternum permanes: tu exurgens
misereris Sion, quia venit tempus
miserendi eius.

Largire sensibus nostris, omnipotens
Deus: ut, per temporalem Filii tui
mortem, quam mysteria veneranda
testantur, vitam te nobis dedisse
perpetuam confidamus. Per eundem
Dominum nostrum.

Réspice, quæsumus, Domine, super
hanc familiam tuam, pro qua
Dominus noster Iesus Christus non
dubitavit manibus tradi nocentium, et
Crucis subire tormentum: Qui tecum
vivit.

聖木而慘敗。藉著祂（基督），
對於祢的尊威、諸天使予以讚美，
宰制者予以欽崇，掌權者予以敬
畏，諸天萬軍和普天的異能者以
及有福的熾愛者，相與歡欣而予
以祝賀。求祢恩准我們的禱聲，
也同他們的歌韻合成一起，共發
虔恭的頌讚：

領主詠

我喝涕淚當水湯；你把我舉起，
將我拋去。我的本身好像禾草枯
零。上主，你卻永遠常在，你的
名萬世萬代也不衰。求你起來，
願你寬赦熙雍，因憐憫她的時日
已來臨。

領主後經

全能的天主，這神聖奧蹟所提示
的，就是祢聖子暫世的死亡，求
祢恩賜我們的心靈、能確信祢是
藉此寶死賜給了我們永生的。因
我們主……。

為教民誦

主，求祢垂顧為祢家庭的聖教：
正為了她、我們主耶穌基督竟毅
然將自己交付了於惡眾的手中，
並親受了苦架的極刑。祂和祢…
…。